

125

# Bulla Cle

mētis v ii Lecta in Cena Domini Anno

MD B X X X I

per quam libertati Ecclesiastice: ac salu-  
tiamimarum consulitur.





**LE MENS** Episcopus: seruus seruorum dei,  
ad futuram rei memoriam.

Consueverunt Romani Pontifices: prædecessores nostri, ad retinendam puritatem religionis Christianæ: & ipsius unitatem, que in coniunctione membrorum ad vnum capitulum: Christum videlicet, eiusque Vicarium principaliter consistit & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam, arma iustitiæ, per ministerium

potestatis in præsenti celebritate exercere.

Nos igitur vetustum & solennem hunc morem sequentes excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris & filii & spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra: omnes Hæreticos, Gazaros, Paterenos, Pauperes de Lugduno: Arnaldistas: Speronistas: Passagerios: Viceffistas: seu Visitas: Fraticellos de opinione nuncupatos: Nec non per se, re. Leonem Papam. X. prædecessorem nostrum superioribus annis damnatam impiam & abominabilem Martini Lutheri hæresim sequentes: ipsique Martino: quominus puniri possit: quomodolibet fauentes & quolibet alios hæreticos: quocumque nomine censeantur: ac omnes fautores: receptatores: librorumque suorum: aut quorumuis aliorum eiusdem sectæ sine auctoritate nostra & sedis Apostolicæ quomodolibet legentes aut in suis domibus tenentes: præterquam ad illos improbandum & damnandum: aut imprimentes: seu quomodolibet defendentes: ex quauis causa publice uel occulte: quouis ingenio uel colore: & generaliter quolibet defensores eorundem.

Item excommunicamus: & anathematizamus omnes Piratas: Cursarios: Larrunculos Maritimos: & illos precipue: qui mare nostrum a monte Argentario usque Terracinam discurrere & nauigantes in illo deprædari: mutilare: interficere: ac rebus & bonis suis spoliare præsumpserunt hactenus & presumunt: ac omnes receptatores eorundem & eis auxilium dantes consilium uel fauorem.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes: qui in terris suis noua pedagia imponunt: uel prohibita exigunt.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes Falsarios bullarum seu litterarum Apostolicarum: & supplicationum: gratiarum: uel iustitiam concernentium: per Romanum Pontificem uel Vicecancellarium: seu gerentes vices eorum aut officium Vicecancellarii. S. R. E. de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum: aut sub nomine eiusdem Romani Pontificis. Vicecancellarii: aut gerentium uicem

prædictorum signâtes supplicationes eadem: extendentes Capitulū.  
Ad falsariorum: cum omnibus poenis in eo contentis ad falsificâtes:  
seu mutantes supplicationes per nos: seu de mandato nostro signatas  
& datatas sine nostra & Datarii nostri licentia.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos: qui Equos:  
Arma: Ferrum: lignamina: & alia prohibita deferunt Saracenis: Tur  
cis: & aliis Christiani nominis inimicis. quibus christianos impugnat  
quibusuis priuilegiis & concessionibus quibuscūq; principibus, aut  
dominiis: seu priuatis personis per nos & sedem prædictâ hactenus  
forfan concessis: quas illis nolumus in aliquo suffragari.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes impediētes  
seu inuadentes victualia etiam uina: seu alia quęcūq; ad vsum Ro.  
Curie necessaria tam per mare nauigiis quibuscūq; q̄ per terram  
adducentes: uel qui ne ad Curiam ipsam adducantur: uel deferantur  
retinent: auferunt: prohibent: uel impediunt: seu perturbant: uel qui  
talia faciunt aut fieri mandant: seu facta rata habent: uel defendunt:  
cuiuscūq; fuerint ordinis: præminentie: conditionis & status: etiã  
si Republice & illarum Governatores ac Rectores fuerint: & Pon  
tificali: Regali: aut alia quauis ecclesiastica: uel mundana præfulgeant  
dignitate.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad se  
dem predictam venientes: & recedentes ab eadem: Nec non omnes  
illos: qui iurisdictionem ordinariam. uel delegatam aliquam non ha  
bentes in eadem Curia morantes: temeritate propria rapiunt: spoliât  
& detinent: aut ex proposito deliberato uerberare: mutillare: uel inter  
ficere præsumunt: & qui talia fieri faciunt: seu mandant.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes temere muti  
lantes: uerberantes: vulnerantes: interficientes: capientes: carcereâtes  
& detinentes Patriarchas: Archiepiscopos: & Episcopos eorūq;  
mandatores.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos: qui per se  
uel aliam seu alios: quascūq; personas ecclesiasticas: uel seculares: ad  
Romanam curiam: super eorū causis & negotiis recurrentes: illaq;  
in eadem Curia prosequentes aut procurantes: negotiorūq; gesto  
res: aduocatos: uel procuratores ipsorū: uel etiam auditores: seu iu  
dices super dictis causis: seu negotiis deputatos occasione causarū  
uel negotiorū huiusmodi uerberant: mutilant uel occidunt: seu bo  
nis spoliant ac illos: qui ne litteris & mandatis apostolicę sedis & les  
gatorū ac nunciatorū & iudicum delegatorū eiusdem gratiam:  
uel iusticiam concernentibus: decretisq; super illis: & ceteris iudicis

tis processibus & executorialibus: non habito primū eorum beneplacito: & assensu pareatur: per eorum litteras: executoriales nunciatas & certo pretio soluto: neue tabelliones & Notarii super huiusmodi litterarum: & processuum executione: instrumenta vel acta cōficere: aut facta parti cuius interest: tradere sub grauissimis poenis prohibere: statuere: seu mandare: quie in animarū eorundē periculum: se a nostri: & Ro. Pont. pro tempore existē. obedientia pertinaciter subtrahere: seu quomodo libet recedere presumunt: quie iurisdictiones: seu fructus redditus: & prouentus ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum: monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes vsurpant vel furripiunt: seu quauis occasione vel causa sine Ro. Pont. expressa licentia sequestrāt vel qui per se: vel alium: seu alios directe vel indirecte predicta exequi: vel procurare aut in eisdem consilium: auxilium vel fauorem prestare non verentur: cuiuscunq; præminentia: dignitatis: ordinis: conditionis: aut status fuerint: etiā Pontificali: regali Reginali vel quauis aliapræ fulgeant dignitate. Innouamusq; decretum super his in moderno Lateranē. Concilio editum: etiam cum omnibus poenis in eo contentis.

Item excōmunicamus: & anathematizamus omnes: mutilantes: uulnerantes: & interficientes: seu capientes: & detinentes seu deprædantes Romipetas: & peregrinos ad Urbem causa deuotionis seu peregrinationis accedentes: & in ea morantes vel recedentes ab ipsa: & in his dantes auxilium: consilium: vel fauorem.

Item excōmunicamus: & anathematizamus omnes illos qui per se vel alium: seu alios directe: vel indirecte: sub quocunq; titulo vel colore occupant: detinent: vel hostiliter destruunt: seu inuadunt: aut occupare: detinere: vel destruere: aut inuadere hostiliter præsumunt in totum vel in partem: aliam Urbem: Regna Sicilia: seu Trinacria: Insulas Sardinia: & Corsica: Terras citra pharum: Patrimonium beati Petri in Tuscia: Ducatum Spoletanum: Comitatum Venayfinum Sabinensem: Marchia Anconitana: Massa Trebaria: Romandiole: Campania: & Maritima: prouincias illarunq; terras & loca: acteras specialis commissionis Arnulfox. Ciuitatesq; nostras Bononia: Ferrariam: Beneuentum: Perusiam: Auinionem: Ciuitatem castelli Tudertum: & alias Ciuitates: Terras: & loca: vel iura ad ipsam Ro. Ecclesiam spectantia & pertinentia: & adhaerentia: ac fautores & defensores eorum: seu in his dantes auxilium: consilium vel fauorem. Item excōmunicamus & anathematizamus omnes & singulos Vicecancellarios, & consiliarios ordinarios, & extraordinarios quoruncū

q̄ Regum & Principum ac Cancellariorum: & Consiliorum: & pal-  
lamentorum: Nec non procuratores generales eorundem: vel alio-  
rum principum secularium: etiam si Imperiali Regali: Ducali: vel  
alia quacūq; præfulgeant dignitate: necnon Archiepiscopos: Epi-  
scopos: Abbates: & Comendatarios: eorumq; Vicarios: & officiales  
qui per se vel aliū seu alios quaruicūq; exceptionū vel aliarū gratiarū  
& literarū Applicarū: necnō decimarū: & beneficiale ac alias spiritua-  
les: & spiritualibus annexas causas: ab Auditoribus & commissariis no-  
stris (vt eorū verbis vtamur) auocāt ac executiones monitoriorū cita-  
tionū inhibitionū sequestrorū executorialiū: & aliarū literarū Aposto-  
licarum tam gratiam q̄ iusticiam concernentiū: a nobis necnō Came-  
rario & præsentibus Camera Apostolicæ: ac Auditoribus & com-  
missariis Apostolicis: in eisdē causis pro tpe emanatarū: illarūq; cursū  
& audientia ac personas: capitula cōuētus & collegia causas ipsas pro  
sequi volentes auctoritate laicali impediūt: & se de illarū cognitione  
tanq̄ iudices introumittere: ac partes actrices quillas cōmitti fecerūt: &  
faciūt ad reuocandū seu reuocari faciendū citationes vel inhibitiones aut  
alias literas in eis decretas: & ad faciendū eos: cōtra quos tales inhi-  
bitiones emanarūt acēsuris & poenis in illis contentis absolui: ordinant  
vel compellunt.

Itē excōmunicamus & anathematizamus oēs Sacerdotes reliquiarū: &  
ornamentorū ecclesiasticorū quoruicūq; calicū crucū cādelabrorū thi-  
ribulorū vasorū argenteorū & aureorū: ac vestiū Sacrarū ad diuinū cul-  
tū & vsum deputatarū ex Basilicis & Ecclesiis tam Urbis q̄ extra illius  
mœnia cōsistentibus: & aliarū quaruicūq; rerū in ipsa Vrbe tpe illius di-  
rectionis vsq; in p̄sentē diē nequiter ablatarū abiatores sacrilegos: &  
illoz seu occupatores ac quoscūq; alios ad quorū manus res ipse quo-  
cūq; titulo & ex quauis causā sciēter puenerit & existāt: et si noticia  
expo st facto ad eos puenerit: si illa nō restituerit: cuiuscūq; fuerint or-  
dinis vel p̄eminētiæ cōditionis & status etiā si Pōnticali: Regali: Regi-  
nali audalia quauis Ecclesiastica vel Mundana p̄fulgeant dignitate: q̄  
busuis priuilegiis & cōcessionibus: et eligēdicon: etiorē cū potestate  
absoluēdi a quibuscūq; casibus: quibuscūq; p̄sonis p̄ nos & sedē præ-  
dictā hæctenus forsan cōcessis: quas illis nolimus i aliquo suffragari.  
Itē excōmunicamus & anathematizamus oēs & singulos illos etiā si  
Patriarchali: primatiali: Archiepiscopali: Episcopali vel maiori Ecclē-  
siastica: aut Imperiali: Regali: Reginali: Ducali vel alia quauis præful-  
geant dignitate: honore seu p̄minētia: q̄ sub quilibet vniuersi poenis q̄ bu-  
scūq; p̄sonis i genere: vel specie: ne aliquis literas Aplicas et in sc̄ma  
breuis tā gratiā q̄ iusticiā cōcernēt. et citationes & executoriales: q̄ a

sede p̄dicta emanarunt & pro t̄pe emanabunt sine eoz vel Principi-  
um beneplacito & examine executioni demandet: inhibet: a notari-  
os: executores vel subexecutores literaz: monitorioꝝ citationum, &  
inhibitionum hm̄ōi capiunt: in carcerant: & detinet: vel capi & incar-  
cerari & detineri faciūt: & qui ex eoz officio vel ad instantiā quorum-  
cūq; p̄sonas ecclesiasticas & capitula: cōuentus & collegia Ecclesiariū  
quarūcūq; coram se ad eorum tribunal: audientiam & cancellariā: con-  
siliū: vel parlamentum trahūt ac pr̄ter iuris cōmunis dispositionē  
trāhi faciūt: vel procurant: directe vel indirecte quouis quēsito colo-  
re: vel ingenio: necnō q̄ statuta ordinationes: cōstitutiones pragmati-  
cas: seu quāuis alia decreta in genere vel in specie ex quauis causa & quo-  
uis quēsito colore ēē sub p̄textu literaz: apostolicaz in vsu nō. rece-  
ptaz & reuocataz hactenus fecerunt: ordinarunt: seu publicarūt/ ac  
faciunt: ordinabūt seu publicabūt in futurū p̄ quas & q̄ libertas eccle-  
siastica tollitur seu in aliquo lēditur vel deprimitur: aut alias quoquo  
modo restringitur seu nostris & apostolicę sedis iuribus quomōlibet  
tacite vel expresse: directe vel indirecte pr̄iudicatur. Declarantes ni-  
hilominus ac protestantes: prout tenore pr̄sentium declaramus: ac  
expresse protestamur absolutionem hodie vel alias etiam solenniter  
per nos faciendam p̄atos supra nominat̄s & qualificatos ac Vicecā-  
cellarios: consiliarios & procuratores: ac alios excōmunicatos p̄di-  
ctos nisi prius statim statuta: ordinationes. constitutiones pragmati-  
cas & decreta hm̄ōi publice reuocarint: & ex Archiuis seu capitula-  
ribus locis aut libris: in quibus annotata reperiuntur deleri & cassari:  
ac nos de reuocatione & cassatione huiusmodi certiores fecerint: &  
& alias a pr̄missis cum vero proposito vltierus similia non commit-  
tendi destiterint comprehendere: nec illis aliter suffragaturam fore: ac  
in super in pr̄missis omnibus & singulis ac aliis quibuscūq; iuribus  
sedi Ap̄lice. a. S. R. E. vndecūq; & quomodo libet quāsitis seu quā-  
rendis per quoscūq; actus contrarios aut quomodo libet pr̄iudicā-  
tes, tacitos vel expressos a nobis vel sede p̄dicta quōdolibet factos:  
aut fiendos: seu quēcūq; t̄pis fluxum seu patientiā: vel tolerantia nos-  
tram nullatenus pr̄iudicari posse: aut debere.  
Non obstantibus quibuscūq; priuilegiis & indulgentiis: ac literis  
Apostolicis: generalibus vel specialibus: eis vel eorum alicui: vel ali-  
quibus cuiuscūq; ordinis status vel conditionis dignitatis, vel pr̄-  
eminentie fuerint: etiā si vt pr̄mittitur Pontificali: Imperiali: Re-  
ginali seu quāuis alia ecclesiastica, vel mundana pr̄fulgeant dignita-  
te, a p̄dicta sede sub quauis forma, vel tenore concessis quod excō-  
municari, & anathematizari non possint, per literas Apostolicas non

facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum: de indulto huiusmodi. ac ordinibus, locis, nominibus propriis / cognominibus & dignitatibus eorum mentione nec non consuetudinibus & obseruatibus scriptis, & non scriptis, & aliis contrariisq; iuribusq; per que contra nostros processus huiusmodi ac sententias / quominus includantur in eis, se iuuare valeant aut tueri & quæ quo ad hoc / penitus tollimus. & omnino reuocamus & a quibus quidem sententiis nullus per aliū quā pro. Pont. nisi in mortis articulo constitutus absolui possit / nec etiam tunc nisi de stando Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mandato satisfatione & sufficienti cautione prestitis / etiam prætextu confessionum seu quarumuis facultatum verbo / litteris / aut quauis alia scriptura et in qua quod sola signatura sufficeret & quauis derogatorias derogatoræ fortiores & efficaciores insolitæ clausulæ apparerent quibusuis personis cuiuscunq; præminentia, dignitatis / conditionis / aut status fuerint / etiā si premittitur Pontificali Imperiali Regali, Reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate, Religiosis & secularibus vtriusq; sexus, Capitulis, Collegiis, conuertiis / ordinibus etiam mendicantium, & militia, Hospitalibus, Confratris, Vniuersitatibus concessarum a nobis / vel a prædicta sede & quas concedi quomodolibet contingeret in futurum.

Illos autem qui contra tenorem præsentium talibus / vel eorū alicui seu aliquibus absolutionis beneficium impendere de facto sumpserint / excommunicationis, & anathematizationis sententia innodamus eisque predicationis electionis administrationis sacramentorum & audiendi confessiones officia interdiciamus / prædicantes & declarantes aperte transgressoribus & contemptoribus prædictis nos grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire cõuenimus processuros & nihilominus quicquid egerint absoluendo, vel alias / nullius sit roboris vel momenti.

Ut autem huiusmodi nostri processus / ad cõmunem omnium notitiā deducantur chartas, seu membranas, processus continentes eosdem in ualuis Basilicarum Principis Apostolorum & S. Ioannis Lateranensis necnon in acie Campi Floræ de Vrbe affigi seu appedi faciemus / quæ processus ipsos suo quasi sonoro præconio & patulo iudicio publicabunt ut hi quos processus huiusmodi contingunt quod ad ipsos non peruenerint aut ipsos ignorauerint nullam possit excusationem prætere, seu ignorantiam allegare, cum non sit uerisimile quo ad ipsos remanere incognitū, quod tam patenter omnibus publicatur. Verum ut præsentis litteræ, ac omnia & singula in eis contenta, eo si

antiotiora quo in plerisque Ciuitatibus & locis fuerint publicata. Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Primatibus Archiepiscopis Episcopis ac Locorum Ordinariis vbilibet constitutis per hæc scripta committimus & in virtute Sanctæ obedienciæ districte præcipiendo mandamus quatinus per se vel alium seu alios presentes literas post quã eas receperint seu earum habuerint notitiam, saltem semel in anno aut pluries prout expedire videriat in ecclesiis suis dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerit sollemniter publicent / ad Christianidelium mentes deducant nuntient & declarent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum excommunicationis anathematizationis / reuocationis / innodationis / interdicti / commissionis & mandati infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Petrum Anno Incarnationis Dominicæ. M. .D. XXXI. Octauo Idus Aprilis. Pont. Nostri Anno Octauo.

## B. M O T T A.

Anno a natiuitate domini Millesimo quingentesimo trigesimo primo indictione quarta die vero .x. Mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & domini nostri Domini CLEMENSIS diuina prouidentia PAPA E. VII. Anno eius .viii. retrospectæ litteræ apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Principis Apostolorum de Vrbe necnon .S. Ioannis Lateranensis ac in acie campi Floræ vt moris est per me Ioannem Robertialias de Casinero eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curforem.

Ioannes Sorerrit.